



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

25 Iuspatronatus acquiritur fundatione, dotatione, successione, donatione,  
& aliis multis modis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

elium spectabat, quia de eis per concilium nihil fuit dispositum, & ita censuit eadem sacra congregatio super predicto cap. 9. ut in decis. §. congregatio censuit cognitionem, & super cap. 13. sess. 14. sub tit. de present. §. non liceat, & §. intelligitur. Si verò iura patronatus fuerint servata ea lege expressa, quòd presentatio fieret capitulo, seu dignitatibus cathedralis ecclesie, saluum adhuc manet istud ius presentationis capitulo, seu dignitatibus, ex decreto sacri conc. d. cap. 9. vers. quòd si ad inferiores: examen verò, si de simplicibus beneficiis agatur, prius faciendum est ab Episcopo ordinario, ex dispositione ejusdem sacri conc. cap. 13. de reform. sess. 7. & dicto cap. 9. si autem de parochialibus agatur, examen fieri debet ab examinadoribus, ad formam prescriptam, in cap. 13. de reform. sess. 24. & à Pio V. in litteris, de quibus in Bull. cap. 32. & aliis modo supra expresso.

23 Tempus ad presentandum † patrono laico est cursus quadrimestris, etiam si persona esset ecclesiastica, dummodò ius patronatus sit laicale, si verò ius patronatus sit ecclesiasticum, tempus patrono competens est semestris, & ita distinguit text. in cap. unico, §. ult. de jur. patr. in 6. & si ius patronatus esset mixtum, ut, quando patronus ecclesiasticus habet compatronum laicum

24 Habet etiam sex menses † ad presentandum, quia ratione communionis privilegium ecclesie transit ad laicum, ad instar ejus, quod dicimus de eo, qui habet rem communem cum pupillo, gloss. in d. §. ult. verb. ecclesiasticus.

Nam si communem fundum quis major cum pupillo habet, licet neuter utere-

tur, tamen propter pupillum, cuius pars est in usufructu, & major viam retinet, l. si communem, & ibi gloss. in ver. & ego, & Bart. ff. que admodum. servit. amit.

25 Acquiritur ius patronatus † precipue fundatione, dotatione, vel constructione, ut supra in principio, dummodò consensus diocesani, sive sit clericus, sive laicus, qui ecclesiam, vel capellam fundet, construatur, vel dotet, accedat, cap. nobis, & ibi Abb. n. 2. de jur. patr. Calder, in cons. ultimo, & Roch. de Cur. sub. verb. pro eo, quòd in tract. eod. tit. n. 2.

Secundò, successionem, quia transit cum universitate bonorum, gloss. 1. in cap. pietatis, 16. quest. 7. gloss. in c. cum seculum, & ibi Abb. num. 3. de jur. patr. & Roch. de Cur. sub. verb. ipse, vel u. num. 1. eodem tract. de jur. patr. Et, si hæredes secundum providentiam, & admonitionem Episcopi ecclesiam tenere noluerint, nec honorare facere licet Episcopo reliquias inde auferre, ecclesiamque transferre, cap. considerandum est. 16. qu. 7.

Tertio, donatione acquiri potest, cap. ex insinuatione, & ibi gloss. in verb. contulisset, de jur. patr. sed requiritur consensus Episcopi, c. illud, & ibi Abb. n. 6. & idem Abb. in d. cap. ex insinuatione, n. 5. eodem tit.

26 Ecclesie † regulariter præsumuntur liberae, nisi probetur contrarium, cap. regenda, cap. quicumque, 10. quest. 1. & in Episcopi potestate consistunt, in cuius territorio positæ sunt, cap. omnes basilica, 16. quest. 7. nisi alioquin speciali privilegio ab ejus jurisdictione sint exemptæ, cap. cum, & plantare, de privil. & gloss. in dict. cap. omnes basilica. Ideò Episcopi habent intentionem fundatam, quòd beneficia sine libera, nisi constet de iure patronatus, & si super